

PROLEGOMENA.

morem, hoc est, φιλοπόνησιν, summa & iusta animi acerbitate sentio. Pudet me sanè vestræ malitiæ, sed vestræ inscitie miseret, qui prius Poeticam nostram damnetis, quam causis legitimis permoueamini, aut eius defensionem exaudieritis. Atqui monet te (ô quisquis es tam præceps & temerarius iudex) Aristophanes,

πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς ἐκ ἅψ' ἀδικίας.

Judicare noli, nisi parte utraq; audita.

Audientiam porrò illam non intelligimus perfunctoriam, sed cum iudicio, cum attentione, omni perturbatione vacuam. Quam si præstiteritis, nullius sententiam contra vos, quam vestram ipsam postulo, & præter vestra iura, vos in vestra causa iudices admitto. Superest nobis virtus illa ΠΡΟΒΛΗΤΙΚΗ PRVDENTIA, quæ in Poëtica nostra fusissimè tractatur, vt omnes omnium philosophorum thesauros longè superet. Eam Menander bonum maximum esse pronunciat, ἀγαθὸν μίγιστον ἢ φρονήσις ἐστ' αἰετῆ. Illam autem aliquando σοφίαν, aliquando τέχνην, aliquando γνώμην, aliquando πραγματικὴν metonymicè appellant, aliquando alijs vtuntur nominibus Hanc robori optimè anteposunt. Itaq; Oppianus,

— ὅτ' ἰσχυρῆς, ἢτ' ἡδὲν ἔσπλιτ' ὄνησιν

— Neq; roboris neq; formæ est vtilitas

τόθου, ὅσοις πρᾶξι δυνάμει, ἀλλὰ δ' ἀνιμῶνι ἄφρωρ.

Tanta quanta prudentiæ: Robur autem sine prudentia inuile.

Et Agathon: γνώμην πλεονεκτητικὴν ἢ ἀφ' ἑξῆς

Prudentia manuum viribus præpollet.

Elegantissimè eadem Sophocles:

— εἴθε οἱ πλεονεκτητικῆς

— Neque lati

ἂν δ' ἀρῶν ὡς φῶς ἀσφαλισταῖοι,

Neq; fasti homines sunt firmissimi:

ἀλλ' οἱ φρονιμώτεροι πλεονεκτητικοὶ πανταχοῦ.

Sed prudentes plurimum possunt vbique.

μείζων δ' πλεονεκτητικῆς ἢ ἀφ' ἑξῆς ὁμῶς

Nam & amplissimi corporis vos, ab exigua tamen

μαστὶς ἢ ἑρῶς ἐστ' ὁ δὲ πλεονεκτητικῆς.

Scutica, vt rectè in viam incedat, impellitur.

Plurima sunt eiusmodi prudentiæ encomia apud Poëtas, quibus docemur, quanto studio rem præstantissimam profsequi nos oporteat. Sed vnde illam deriuant? Ab eodem, à quo reliquas, nimirum à Numine: vt Pindarus,

τὸ σωτήριον ὁ θεὸς δίδωσιν, ἢ ὁ πλεονεκτητικῆς.

Prudentiam Deus dat, non diuitiæ.

Si dat Deus, ergo ab eo precibus petendam facillè concluditur. Sed quid pluribus? Nihil tam egregium, nihil tam salutare de hac virtute tradi aut præcipi potest, quod cumulatissimè Poëtæ nostri non præstiterint, adeò vt iure me affirmare posse censeam, sola illorum scripta ad rectam & sinceram virtutum non solum theoriam, sed etiam praxin sufficere. Tædet me hætenus tam curiosæ diligentie in exhibendis vobis tam varijs Poëtarum locis, vt prauam illam de Poëtica opinionem exueretis. Porrò hæc iam virtus minus à me illustrabitur: satis est hæc pancula delibasse: vos ipsum adite Oceanum, & illinc plura abundantius haurite. Sed exhausto aliquantulum Ethico fonte, Politicum prætereà vobis referemus, qui vobis fortasse suauissimi futuri sunt, esse saltem debebunt, nisi vos planè distorto ingenio Natura efformauit. At vos, vt vt sit, mea pro arbitrato vestro aut benignè aut malignè (quod potius arguor) audite: ego vt vobis assentiar, Poëticæ partes nunquam deseram. Frustra enim id vrgetis, illam nihil ad publicam rerum administrationem cōducere. Vidistis enim, quàm bene in Moralis Philosophiæ (qua instructum esse debere hominem politicum iam probauimus, & vos ipsi non inficiamini) doctrina versetur. Quæ sola argumenta superiorem me in ista causa faciunt, vt nullis alijs prætereà indigeam: sed vt abundare me iure & æquitate sentiatis, addo illam partem Philosophiæ, quæ Politica peculiari nomine dicitur, optimè à Poëtica edoceri. Illa Respublicas ita moderatur, vt si hanc partem attentius considerare volueritis, nō solum in meas partes pedibus & animis eatis, sed & vestræ inscitie miserè vos pudeat, aut saltem maleuolentia vestra ita apertissimè detegatur, vt nulla fides vestris calumnijs in posterum habeatur. Rogo vos per Deum Poëticæ & Politicæ, attendite. Primum Respublicas constare ex subditis & ex magistratibus intelligitis: ἀδελφῶν enim illam ne Poëtæ quidem nostri agnoscunt, vt nos in Homero aliquoties annotasse memini. Subditos appellamus ciues, quatenus ciuitatem constituunt. Nam vt ait Euripides apud Stobæum:

αἱ πόλεις αἰσ' ἀνθρώπων, ἢ ἐρημίας.

Ciuitates viri sunt, non solitudines.

Quales ergo ciues requirit Poëtica? Bene moratos, vt apud Plautum elegantiss. isti versus docent: Quid id quod vidisti, vt munitum muro tibi visum sit oppidum? P. Si incolæ bene sunt morati, pulchrè munitum arbitror. Perfidia, & peculatus ex vrbe, & auaritia si exulant: Quarta inuidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio, Septimum periurium. T. Euge. P. Octaua indiligentia, Nona iniuria, decimum, quod pessimum aggressu, scelus. Hæc nisi inde aberunt, ceniuplex murus rebus seruandis parum est. O egregiam & nunquam satis laudatam vocem! Quis meliùs vnquam ciues informauit? quis præstantiores, quis stabiliores ciuitatum munitiones vnquam vsquam excogitauit? Hic ergo hic Plautinus, hic Poëticus murus ciuitatum athenus esto. Quàm benè Lycurgus, non carere muris vrbe, quæ viris esset non lateribus cincta pronunciasse dicitur. Sed nisi ciues illos Plautinos in Lycurgi sententia intellexeris, perituram nancisceris ciuitatem. Si quid est in vobis ingenij, vel quantumuis exiguum non hoc emolumentum ex poëtica nostra in politicum hominem redundare percipitis? Quo vobis mentes: vt illud Cæci illius corpore vobis animo occæcatis occinam. Sed audite reliqua. Volunt prætereà Poëtæ ciues nostros patriæ esse studiosos, illiq; fidissimos. Itaq; Sophocles apud Stobæum:

ἢτ' ἂν φίλον πῶτ' ἀνθρώπων ἀνθρώπων χροῖος

Nunquam equidem amicam virum eum, qui patriæ sit hostis,

θεῖμην ἰμάντω.

Comparabo mihi

Volunt esse pacis studiosos, & eos qui ciuilibus bellis delectantur, oderunt: hinc Nestor Homeric.

ἀφρήτωρ, ἀθίμης, ἀνίσι, ἢ εἰμ ἰκάνω,

Inhumanus, impius, & ferus est ille,

ὅς πολέμου ἔραται ἰσθμῶνις ὀκρυόσεν.

Qui bellum cupit in populo detestabile.

Volunt laboribus occupari, vt otia malorum & vitiorum fomites sopiant. Hinc Euripides apud Stobæum,

ἀργὸς πολίτης κἄν, ἢς κακὸς ἢ ἀνὴρ.

Idem est ociosus & malus ciuis.

An imperitos vestræ illius publicæ administrationis sentiatis, qui talia præcipiant? iam subditos magistratibus obediētes esse iubent. Sic Euripides apud Stobæum:

πῶς κρήνη μὴ δάκτυλι, ὅτις κρατῶσιν.

Ne contra stimulos imperantium tibi calcitres.

& alia innumera eiusmodi. Nolunt porrò exleges viuere. Et rectè Euripides:

ἢν ἔσιν ὅσιν κρῆσθαι, ἢ νόμοι πόλιν

Nihil est ciuitati præstantius, quàm leges

καλῶς τιθεῖται.

Rectè posita.

Sed leges frustra instituuntur, nisi etiam obseruentur. Inde Euripides:

παύσαι τὸ μὴ γὰρ σὺν ἄλλοις ἀνθρώποις πόλιν

Desine: tum enim saluæ sunt ciuitates,

τῶν ἔσθ', ὅταν τις τὸς νόμους σέβῃ καλῶς.

Cum leges, vt decet, obseruantur.

Hinc pendet illud Sophoclis in Phædra apud Stobæum:

ἢ ἄλ